



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Filiationem Dei auferunt quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Chris. blicè in uia portat; de his tribus dicit
Chrisostomus. Vnus solus fur est, qui
furatur thesaurum positum in caelis,
uana gloria, daemones furantur ani-
mas, adultores puritatem confici-
entiae.

*Filius Dei dignatus est assume-
re carnem potius, quam an-
gelicam naturam pro-
pter tria.*

Heb. 4. **P**rimo, ut per experientiam in-
firmitatis carnis, carni compa-
teretur. ueluti Paulus ait. Non
habemus pontificem, qui non possit
compati infirmitatibus nostris &c.
Bernar. Et Bernardus. Puto iam me sperneret
non potest caro, de carne mea. Secun-
do, ut carnem hominis esse à Deo,
non a diabolo ostenderet, quia non
sumpsisset eam uerè si esset à diabolo.
Tertio ut palpabilis & uisibilis esse
cæcis & simplicibus, ut nullus excusa-
tionem haberet.

Filiationē Dei auferunt quatuor.

Matt. 3 **P**rimum, est in honoratio. Mat-
thæo. Si ego pater, ubi honor
meus? Ecclesiasticus. Ne glori-
Eccl. 5. rieris in confusione patris tui. Secun-

dum est, immunditia cordis, & corporis. Vnde ob hoc filius prodigus **Luc. 15** dicebat. Non sum dignus uocari filius tuus, &c. Et Paulus ad Ephesios. **Eph. 5** Omnis fornicatio, aut immunditia, aut auaritia quod est idolorum seruitus, &c. Tertium est disciplinæ abiectio. Vnde Paulus ad Hebræos. quod **Heb. 13** si extra disciplinam estis, ergo adulteri, & non filii estis. Propterea in proverbiiis admonetur. Tene disciplinam, ne dimittas, &c. Quartum est peccati mortalis perpetratio. **Deut. 21** Peccauerunt ei, & non filii eius in foribus, &c. Et Io. in sua epist. **1. Io. 4** Qui facit peccatum ex diabolo est, &c.

Festa celebrare debemus propter quatuor.

Primo propter dei iussionem. **Exo. 20** Memento ut diem sabbati serues. Secundo, propter dei promissionem. **Isa. 56.** Quicumque custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego uolui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & illud erit sabbatum ex sabbato. Tertio, propter dei comminationem. **Num. 15.** Præcepit Dominus colligentem ligna in sabbato la-